



## PRAEFATIO EDITIONIS SECVNDAE.



Um manum ad *librum III. Decretalium* ad-  
moui, eiusque usum in foris protestanti-  
um ad methodum, qua ad *lib. I. & II. in  
iure ecclesiastico Protestant.* usus sum, eruere  
constitui, potiora huius libri capita iam  
antea a me in tractatu *de iure parochiali*  
anno 1701. edito, explicata esse vidi, si-  
mulque observaui, labori, quem suscepi, aliquam inde alle-  
uationem adferri posse. Quia tamen simul (1) cognitum per-  
spectumque habebam, editionem primam huius tractatus in-  
cidisse in manum correctoris infelicissimi, & quidem ex sor-  
dida typographi, alibi habitantis, avaritia, qui data fide, o-  
mnia quæ ad *Anglicanum* pertinere posse videntur, sibi curæ cor-  
dique fore promiserat; præterea (2) adhuc quædam materiæ  
scitu necessariæ operi deesse videbantur, denique (3) ipsius li-  
bri copia in bibliopoliis amplius haberi non poterat, de noua  
editione accuratius & paulo plenius efformanda cogitare cœ-  
pi, ut eo rectius ad illustrationem *lib. III. Decretalium*, cuius  
*usum modernum in terris protestantium* iam prelo subieci, facere  
posset. Hunc in finem hinc inde quædam mutavi, plenius  
declaravi, observationibus novis auxi, & responsis, decisio-  
nibusque exornavi. Addidi præterea duas novas sectiones,  
VI. scilicet & VIII, quæ iura parochialia intime afficiunt, ut ab  
iis separari haud potuerint. Quæ adhuc deesse videntur, non  
prætermittam in expositione *usūs hodierni ad librum III. Decre-  
taliū*, in qua spicilegium aliquod me facturum  
esse confido. Dab. in regia Fridericiana

d. 1. Dec. MDCCXV.

MONI-